

„ igitur primus ejus filius , fratrum meorum ultor &
 „ custos , matris meae senescentis curam gerere malo ,
 „ ut sanctam ejus benedictionem promerear , digneque
 „ bonorum omnium hereditatem accipiam , quod sane
 „ illius votum est . Verum ejusdem matris meae volun-
 „ tate , atque fratrum omnium meorum consensu , fer-
 „ vatis legibus ex ordine Patriarcham universa Russiae
 „ constituam , ut Regis voluntas impleatur , totiusque
 „ praecleara Synodi Russorum voto satisfiat „ . Quod &
 „ factum est . Quum enim Russorum Praefulum Synodus tres
 „ Episcopos elegeret , ut eorum unus Patriarcha fieret ,
 „ quumque Jeremias Patriarcha electos Regi Theodoro ex-
 „ hibuisset , ut eorum unum eligeret , Rex ad Patriarcham
 „ conversus ; „ Gratias [*inquit pag. 443.*] plurimas ha-
 „ beo sanctitati tuae , Domine Patriarcha Constantino-
 „ politane , quod Regnum hoc nostrum Russiae advene-
 „ ris , atque Moscoviam praesentia tua cohonestari vo-
 „ lueris : nunc obsecro , ut Jobum Metropolitanam , to-
 „ tius Russiae Patriarcham renuncies „ . Quinto igitur
 „ die suffragiis confirmata fuit Electio Jobi in Patriar-
 „ cham Moscoviticam : & sollemnis ipsius in Patriarcham
 „ consecratio in Metropolitana Ecclesia , adstantibus Rege,
 „ Regina , Synodo Episcoporum , atque infinita Cleri popu-
 „ lue multitudine per Jeremiam Patriarcham peracta .
 „ fuit die *Dominica* , xxvi. *Januarii anno Mundi 7097.*
 „ (Chr. 1589.) .

Quienus Tom. 1. Orient. Christian. pagina 329.
 describens Jeremiae in Russiam iter , factamque ibi ab
 illo Patriarchae Jobi institutionem , sic ait : *Horum ille*
 (hoc est Monachorum Russorum , qui ab Jeremia petie-
 rant , *Archiepiscopum sibi dari , velut olim Quinta Sy-
 nodus Aebriidensem (1) Archiepiscopatum instituerat*) .
 „ Horum , *inquam* , Monachorum Jeremias petitioni in-
 „ confi-

(1) Non quinta Synodus , sed *Vigilius* Papa Justiniani precibus exoratus ,
 concessit Archiepiscopatum Justinianae primae . Sic idem Justinianus Novella 123.
Beatissimus autem pro tempore Archiepiscopus Justinianae primae , patrie nostrae .
semper sub jurisdictione sua habeat Episcopus Evrovinciarum Dacie , secundum ea
que Sanctus Papa Vigilius constituit . Vide Schollion Balsamonis in *Nemocana*
Photii t. 1. cap. 5. (Tom. 2. Jur. Can. pag. 824.)